Übersicht zur römischen Rechtsquellenlehre



D. 1, 1, 1, 2-4 (Ulp. 1 inst.)

2. Huius studii duae sunt positiones, publicum et privatum. publicum ius est quod ad statum rei Romanae spectat, privatum quod ad singulorum utilitatem: sunt enim quaedam publice utilia, quaedam privatim. publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. privatum ius tripertitum est: collectum etenim est ex naturalibus praeceptis aut gentium aut civilibus. 3. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: nam ius istud non humani generi proprium, sed omnium animalium, quae in terra, quae in mari nascuntur, avium quoque commune est. hinc descendit maris atque feminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio: videmus etenim cetera quoque animalia, feras etiam istius iuris peritia censeri. 4. Ius gentium est, quo gentes humanae utuntur. quod a naturali recedere facile intellegere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.

2. Für das Studium des Rechts gibt es zwei Kategorien: das öffentliche und das private Recht. Das öffentliche Recht ist das, das sich mit den Verhältnissen des römischen Gemeinwesens befasst, das private Recht das, das sich mit dem Nutzen der Einzelpersonen befasst: Bestimmte Dinge sind nämlich für das Gemeinwesen von Nutzen, andere aber für die Einzelperson. Das öffentliche Recht besteht aus Regeln über Heiligtümer, Priester und Beamte. Das private Recht zerfällt in drei Teile: Vorschriften der Natur, der Völker und der Bürger. 3. Das natürliche Recht ist das, was die Natur alle Lebewesen gelehrt hat: Denn dieses Recht ist nicht eine Besonderheit des menschlichen Geschlechts, sondern ist ein gemeinsames Recht aller Tiere, die auf der Erde und im Meer geboren werden, und auch der Vögel. Von ihm kommt die Verbindung von Gatte und Gattin, die wir Ehe nennen, die Erzeugung der Kinder und die Erziehung: Wir sehen nämlich, dass auch die übrigen Lebewesen, ja sogar die wilden Tiere mit der Kenntnis dieses Rechts bedacht sind. 4. Das Recht der Völker ist das, das die menschlichen Völker gebrauchen. Sein Unterschied zum natürlichen Recht lässt sich leicht einsehen, da jenes allen Lebewesen, dieses aber nur den Menschen in ihrem Verhalten zueinander gemeinsam ist.

D. 1, 1, 6 (Ulp. 1 inst.)

Ius civile est, quod neque in totum a naturali vel gentium recedit nec per omnia ei servit: itaque cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est civile efficimus.

Das Zivilrecht ist das, das weder völlig vom natürlichen Recht oder vom Recht der Völker abweicht, sich aber auch nicht in jeder Hinsicht nach ihm richtet. Wenn wir also dem gemeinsamen Recht etwas hinzufügen oder wegnehmen, so erhalten wir ein besonderes Recht, nämlich das Zivilrecht.

D. 1, 1, 7 (Papinian 2 definitionum)

Ius autem civile est, quod ex legibus, plebis scitis, senatus consultis, decretis principum, auctoritate prudentium venit. ius praetorium est, quod praetores introduxerunt adiuvandi vel supplendi vel corrigendi iuris civilis gratia propter utilitatem publicam. Quod et honorarium dicitur ad honorem praetorum sic nominatum.

Das Zivilrecht ist das, das von Gesetzen, Volksbeschlüssen, Senatsbeschlüssen, Entscheidungen der Kaiser und von den Meinungen der Rechtsgelehrten herrührt. Das prätorische Recht ist das, das die Prätoren zur Unterstützung, Ergänzung oder Verbesserung des Zivilrechts zum öffentlichen Nutzen eingeführt haben. Es heißt auch - benannt nach dem Ehrenamt (*honor*) der Prätoren - Honorarrecht.

Gai inst. 1, 2-7

2. Constant autem iura populi Romani ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis eorum qui ius edicendi habent, responsis prudentium. 3. Lex est, quod populus iubet atque constituit. Plebiscitum est, quod plebs iubet atque constituit. Plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione universi cives significantur connumeratis etiam patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri cives significantur; unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta essent; sed postea lex Hortensia lata est, qua cautum est, ut plebiscita universum populum tenerent; itaque eo modo legibus exaequata sunt. 4. Senatusconsultum est, quod senatus iubet atque constituit, idque legis vicem optinet, quamvis fuerit quaesitum. 5. Constitutio principis est, quod imperator decreto vel edicto vel epistula constituit. Nec umquam dubitatum est, quin id legis vicem optineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat. 6. <Edicta sunt praecepta eorum, qui ius edicendum habent.> Ius autem edicendi habent magistratus populi Romani; sed amplissimum ius est in edictis quorum praetorum, urbani et peregrini, quorum in provinciis iurisdictionem praesides earum habent; item in edictis aedilium curulium, quorum iurisdictionem in provinciis populi Romani quaestores habent; nam in provincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his provinciis non proponitur. 7. Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, quibus permissum est iura condere. Quorum omnium si in unum sententiae concurrunt, id quod ita sentiunt, legis vicem optinet; si vero dissentiunt, iudici licet quam velit sententiam sequi; idque rescripto divi Hadriani significatur.

2. Das Recht des römischen Volkes besteht aber aus Gesetzen, Volksbeschlüssen, Senatsbeschlüssen, Kaiserkonstitutionen, Edikten derer, die das Recht zum Erlass von Edikten haben, und Gutachten von Rechtsgelehrten. 3. Ein Gesetz ist das, was das Volk durch seine Festsetzung befiehlt. Ein Volksbeschluss ist das, was das niedere Volk durch seine Festsetzung befiehlt. Das niedrige Volk unterscheidet sich aber vom Volk darin, dass mit *populus* alle Bürger einschließlich der Patrizier bezeichnet werden; während mit *plebs* der Rest der Bürger mit Ausnahme der Patrizier bezeichnet wird; daher sagten die Patrizier einst, sie seien an die Volksbeschlüsse nicht gebunden, da diese ohne ihre Mitwirkung erlassen worden seien; aber später wurde die *Lex Hortensia* erlassen, die vorsieht, dass Volksbeschlüsse für das ganze Volk Gültigkeit haben; daher wurden sie auf diese Weise den Gesetzen gleichgestellt. 4. Ein Senatsbeschluss ist das, was der Senat durch seine Festsetzung befiehlt, und er hat die Geltungskraft eines Gesetzes, mag dies auch umstritten gewesen sein. 5. Eine Kaiserkonstitution ist das, was der Kaiser durch Dekret, Edikt oder Brief festgesetzt hat. Dass sie die Geltungskraft eines Gesetzes hat, war nie umstritten, da der Kaiser seine Amtsgewalt durch Gesetz erhält. 6. <Edikte sind Vorschriften derjenigen, die das Recht haben, Edikte zu erlassen.> Dieses Recht haben aber die Beamten des römischen Volkes; am umfangreichsten ist aber das Recht der beiden Prätoren, des städtischen und des für Fremde zuständigen, deren Gerichtsbarkeit in den Provinzen die Statthalter ausüben; außerdem in den Edikten der kurulischen Ädilen, deren Gerichtsbarkeit in den Provinzen des römischen Volkes die Quästoren innehaben. In die Provinzen des Kaisers werden nämlich keine Quästoren gesandt und deshalb wird dieses Edikt in diesen Provinzen nicht ausgehängt. 7. Gutachten von Rechtsgelehrten sind Ansichten und Meinungen derer, denen erlaubt ist, Recht zu schaffen. Wenn alle Meinungen von ihnen zum gleichen Ergebnis kommen, dann hat das, was sie meinen, die Geltungskraft eines Gesetzes; wenn sie aber nicht übereinstimmen, so kann der Richter der Meinung folgen, der er folgen will; und das ist in einem Reskript des vergöttlichten Hadrian festgelegt.